

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Boite\\_023 | Notes de la fin de sa vie pour ses derniers livres.](#)[Collection Boite\\_023-10-chem | Philodème. Item\[Alexander Olivieri. Philodemi. Praefacio - suite\]](#)

## [Alexander Olivieri. Philodemi. Praefacio - suite]

Auteur : Foucault, Michel

### Présentation de la fiche

Coteb023\_f0457

SourceBoite\_023-10-chem | Philodème.

LangueFrançais

TypeFicheLecture

RelationNumérisation d'un manuscrit original consultable à la BnF, département des Manuscrits, cote NAF 28730

### Références éditoriales

Éditeuréquipe FFL (projet ANR *Fiches de lecture de Michel Foucault*) ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle).

Droits

- Image : Avec l'autorisation des ayants droit de Michel Foucault. Tous droits réservés pour la réutilisation des images.
- Notice : équipe FFL ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR).

Notice créée par [équipe FFL](#) Notice créée le 19/03/2021 Dernière modification le 23/04/2021

---

Quod si tabulas addamus:

- 14<sup>am</sup>, em 23,5×10 et 29×7,5;
- 15<sup>am</sup>, em 40×10,5 et 38,5×10;
- 16<sup>am</sup>, em 37,3×10 et 35×8,

voluminis quantum nunc restat longitudo, si singulas partes contextas cogites, fit undecim metrorum et octoginta quinque centesimarum. Ceterorum autem metrorum rationes hae sunt: cum columnae quae extant haud dubio, quoquo modo extant, initio binis et in duas partes conformatae et dissectae binis pariter lineis intermediis careant, et cum versuum numerus in parte superiore singularium columnarum ab 11 usque ad 17 lineas, in inferiore a 12 usque ad 15 perveniat, sine ulla dubitatione integrae columnae 33 circiter lineis constabant. Quapropter marginibus additis latitudo papyri erat unius et viginti centesimarum. Linearum versus 17—23 litteras (quarum ratio media 19) continent (cf. Bassi, *La sticomtria nei papiri ercolanesi* p. 494 sqq. Riv. di Filolog. 37). Papyri plagulae inter se distant nonis fere centesimis.

III. *Scriptura*. Scriptura librarii valde obscura, neque tamen usquam compendiaria est; litterae nunquam inter se coniunctae omni ornamento carent.

IV. *Orthographia*. Librarius non semper probe et diligenter archetypum tradidisse videtur (cf. adn. crit.). Orthographiae genera qui de papyris herculanensibus recentissime egerunt summo amore summoque studio investigaverunt et collegerunt; haec autem discribam:

ει pro ι: μεκτόν fr. 58, 7 (cf. Crönert, *M. g. h.* p. 29); ἐπιμερίπτων 87, 3; ἀκρειβούν Col. VII<sup>b</sup>, 9; μειούσαι X<sup>b</sup>, 6—7; βέλτειουc XX, 11;

ι pro ει: ἐπιτίνει fr. 7, 5 (cf. Crön. ib. 26); ἵρωνειας 26, 9—10; ώφελι[ας, -ν, 20, 4; 49, 5; XVII<sup>b</sup>, 10—11 (cf. Crön. ib. 34);

ω pro ο: πάρρωθεν 32, 2;

ι mutum in textu recte adscriptum aliquando omittitur, raro perperam adicitur.

Assimilatione carent: συνφέρει 1, 4; -ιν XXIV, 4; -ον 47, 2; X<sup>b</sup>, 10—11; -οντος XX<sup>b</sup>, 8; συνενπίπτουσιν 8, 7—8; ἐπεντελώντα Append. J; συνγ[ν]ω[μ]ην 20, 6; -ης XXII<sup>b</sup>, 3; συνπαθίας 43, 7; συνπαθώ[τ] 79, 9—10; ἐνφανησούσιν 49, 3; κατενχειρέν 57, 12; συνπεσεῖται 59, 7—8; συνπαραληφθὲν 61, 12; συνβάίνει 70, 8; -βήσεται 78, 5; -εσθαι XV, 3—4; ἐνμένε[ι]ν XVIII, 7—8; ἔνημον 70, 12; ἐνκαλουμένων 74, 6; ἐνπράκτως 80, 10; μεγψ[ιοι]ρος II, 3; συνκαταριθμού[σ]ιν VII, 6—7; σύνπας XI<sup>b</sup>, 4; συνθού[λ]ευτικόν XIII<sup>b</sup>, 3—4; παγπόλλωι XX<sup>b</sup>, 1; συνχυθέντες XXI, 2;

κ ante λ emollitur: ἐτλαβόντες 60, 10;

Ζ pro ζ (cf. Crön. ib. 95): Ζιδίον XVII, 7;

οὐθὲν XV, 4; XVII, 11; XIX<sup>b</sup>, 7 (cf. Crönert ib. 155).

V. *Interpunctionis*. Librarius, ut et in aliis papyris animadvertere licet, interpungit ita, ut spatium unius fere litterae, interdum etiam paulo amplius vacuum relinquatur. More solito, interpunctionem paragrapho subter lineam in sinistra columnae parte posito indicavit. Capitis clausula eodem modo notata est; compluribus locis servatur diple et signum ℒ. Hoc autem animadvertendum est interpunctionem aliquando perperam positam esse.

VI. *Corrigendi genus*. Denique librarius si quando in littera vel litteris erravit emendationem supra lineam relegavit.

*Papyri editiones*. Columnae huius papyri et fragmenta 94 primum edita sunt a 1835, 1843 in „Voluminum Herculaneum“ tomo V, cuius est pars prior et altera. Itaque inedita manserunt 14 fragmenta, quorum designationes Academicci iam confecerant quaeque litteris A—N indicaverant, et alia pauca (tabularum 14—16), quae sunt aut non magni aut nullius momenti (vide Appendicem). Editores Neapolitani textus restitutionem, interpretationem latinam, adnotationes exemplo chalcotypo addiderunt. Quid de hac editione sentiam breviter exponam. Editorum supplementa haud paucis locis minime contempnenda et reicienda sunt; apographum neapolitanum ipsi fere semper studiose sunt secuti, raro mutila-



